

Le
Angehöriges



MEMORIAE
VIRI OLIM PRAENOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI, DOCTISSIMI,
M. DANIELIS FRIDERICI
IANI,
PHILOLOGI CLARISSIMI,
GYMNASII BVDISSENSIS CONRE-
CTORIS EMERITI,

CVM D. II. OCTOBRIS 1691.

DIEM SVVM ANNIS MERITISQVE GRAVIS

OBISSET,

GYMNASII BVDISSENSIS COLLEGIVM.



BVDISSAE,
LITTERIS CHRISTIANI SCHOLTZII.

AL





Sic iuvat exacto contentum tempore vitæ,
Vt conuiuia satur gaudet abire, mori.
Sic annos nulli pylios vixisse dolori est,
Cum pars ætatis conscia nulla rubet.
Sic volumus rexisse scholam, rexisse penates,
Vt puer ereptos lugeat, atque domus.
Talis eras, modo quem penna fugiente tulere
Auræ coelestes, Iane beate, polo.
Regum antiqua stetit sedes atque alta potentum,
Nunc fractum cædes squallida deflet humi:
Torga magisterio vernantis sanguine læta,
Eloquii laudat dulcia mella Tui.
At Sprea Te vidit, generosæ vt fertilis vua
Sub Libra vitis mentem oculosque tenet.
Artes hic fudit pleno Tua copia cornu,
Nec non litterulas interiore nota.
Nil prodesse sciens vânas sine moribus artes,
Viuebas nostræ regula lexque scholæ,
Quis memorare fidem digne, ardoremque docendi
Possit? non modici carminis illud opus.
Conscia virtutum decorata Budissa Tuarum
Semper erit Iani grata memorque sui.
Nec verò patitur clarus Te Filius omnem
Ille mori: renouat nomine gesta Patris.
Sors Vos nascendi iunxit, merita, atque voluntas:
Laude quoque æterna iunctus vterque viget.
Donarat, vires tarda minuente senectâ,
Sanctorum nuper Te rude cura Patrum.
Iam Deus ipse vocat: posito Tu fine laborum
Expectata diu gaudia carpis ouans.

M. Christoph. Hieremias Rostius,
Rector.

Improba fors hominum varia ratione lacessit
Ætate affectos prægrauiore senes.
Mentis enim si robur adest non rarius illis,
Muneris ut rebus rite præcesse queant:
Per tamen infirmi, quos gestant, corporis artus
Nec pes neue manus, quod decet, illud agit.
Hoc dolui, defuncte senex, CLARISSIME IANE
Sub uitæ finem TE tetigisse malum.
Non equidem morbis fueras uexatus acerbis
Per spatium uitæ, quod DEVS usque dedit.
Sed, uelut æs solidum nimio consumitur usu,
Marmora ceu longo tempore trita cadunt:
Corporis assiduo quassata perinde labore
Machina paulatim debilitata TIBI,
Atque malum tandem, quod firmius arte ualebat,
Per grauiter tortum rupit utrumque pedem.
Quem tempus longum mox hinc mox inde trahebas,
Anxius, an posset fallere gressus iter.
Pallida nunc structam mors scenam finit istam,
Rebus sæpe TVIS insidiata diu.
Hæc multos sed lætu implet post fata relictos,
Nexu tangebâs quos propiore senex.

Et NATAE, et NATVS moesti, tristesque NEPOTES,
 Morte sibi cassum lumine quisque gemunt,
 Ordo magistrorum poscit planctus sibi partem,
 Vna conquestus muneris arte parem.
 Ast graue quod fuerat, pede corpus ferre negante,
 VESTER dum placida morte reponit ouans:
 Nil opus est, ut eVM fletu ploretis anhelo,
 Cetera felicem, vos nisi desereret.
 Quin potius, fesso ceu congratantur amici,
 Afflictum ualde quod superauit iter:
 Sic cursum uitae emensi feliciter aegrum
 Examinis requiem ne reuocate PATRIS.
 Nam pede inoffenso speciosam calcat olympi,
 Viribus integrior, per loca sancta, uiam.

M. Caspar Abraham Weise,

Contr.

Nunc *Venerande senex* exoptata aduenit hora
 Qua Christus dicit: iussit: Euge! Veni!
 Sic exples cursum, *Tibi* taedia cuncta subacta,
 Emerito tandem misio grata datur.
 Res nostras, musas, natos, terramque relinquis,
 in qua trux Mavors improba bella gerit.
 In qua disidium fervet mentesque potentum.
 Regum dirumpit dislocatque viros.
 Irene pennas celeres concussit et inde
 Fugit, fixa domus pacis Olympus erit.
 Avocat huc summi *Te* vox divina scholarchæ
 Sedes aethereas lætus ovansque petis.
 Cum sanctis genijs coelestia gaudia gustas
 Et maiestatem Numinis ipse vides.
 Et spernis mundum, mundum qui pectora torquet,
 Inque *Iuo Iesu* iam *Tibi* læta quies.

M. Iustus Gottlieb Hertschold,

Subr.

Des wohlseel. Herrn Conrectoris Leichen-Spruch

2. Timoth. am 4. Cap. v. 8.

Moteto.

Chorale. Canto.

Der HERR wird mich
 erlösen von allem Ubel, und
 ausbelffen zu seinem himmlis-
 schen Reiche; welchem sey
 Ehre von Ewigkeit zu Ewig-
 keit. Amen.

Herr Jesu Christ, das glaub ich doch
 Aus meines Herzens Grunde,
 Du wirst mich wohl erlösen noch
 Zu rechter Zeit und Stunde.
 Denn du hast mich noch nie verlassen,
 Wenn ich dich hab geruffen an,
 Des ich mich herzlich röste.

Die Stunde schlug:

Es ist genug!

Getreu und frommer Knecht!

Die Hoffnung ist erfüllt,

Die Sehnsucht ist gestillet,

Kein Uebel rühret Dich.

Der HERR hat Dich erlöst,

Wie Du Dich hast getröst;

Nun gehst Du nach dem Feide
 Zu Deines **HERREN** Freude:
 Dein Geist schwingt sich empor
 Und singt im höhern Chor.
 Die Stunde schlug:
 Es ist genug!

Johann Heinrich Goetselius,
 Cantor et Director Musices.

Felix, quem locus pressis complectitur vlnis
 Et cuius cineres ocyus vrina capit.
 Nemo reformidat sapientum vela Charontis,
 Promte danacen, portitor, umbra dabit.
 Quenam dulcedo, quenam prestantia mundi est,
 Quis nitor et splendor deliciaeque soli?
 Viuimus incerti, fatis vrgemur acerbis
 Vitaque mortali mors diuturna foret.
 Pax liquit terras, serie comitatata bonorum,
 Et Themis exstincta est iustitiaeque decus.
 Vulcanus candens excelsa pajata delet.
 Eripit auxilium patperibusque casus.
 Nec cessat Mauors; sua fulmina mittere terras
 Et letos diro milite vexat agros.
 Omnino felix mundi qui limina vitat,
 Palficitur optato sidereoque cibo.
 Felix laene, catenato perfunde labore,
 Qui linquit terram, sidera celsa petis.
 Te tenet immensi delubrum Numinis altum
 Nec Tibi satorum vis truculenta nocet;
 Nec mors nec morbi torquent sua membra molesti
 Nec Mauors sedem turbat, Olympe, tuam.
 Vnus in immensum, rebus praecordia letis
 Feruent, coelesti perfrutrisque choro.

Augustus Sammel Faber.

Sic defudantes in docti pulvere ludi
 Post vigiles curas longam seriemque laborum,
 Aerumnas multas et trullia taedia passi,
 Corporis exhaustum robur mentisque vigorem
 Sentimus tritum, sic et conamina nostra
 Rupta jacent penitus lacteque carentia sine.
 O sortem miseram, mortales que manet omnes!
 Hoc etiam stadio noster properavit *Ianus*,
 Qui vita fundus, quae sunt terrestria, linquit,
 Corporis exuvias ponens ad sidera scandit;
 Praemia iusta ferens operae, quae terra negavit,
 Quae nos deseruit, fruitur jam pace quieta.
 In terris restat meritum fama perennis.
 Nos reliqui casus, quois hic iactamur, iniquos
 Interea vitae solamur spe melioris.

M. Christianus Fredericus Pflugbeil,
 Gymn. Collega VI.

Qui fecit Christo, qui coeli gaudia novit,
 Qui novit mundum deliciasque leves;
 Qui contemplatur sanctissima culmina coeli,
 In quibus integritas simplicitasque vigent;
 Impavidus mundum, gazas et cuncta relinquit,
 Pectore constanti deserit arva soli.
 Sic Tu, *Iane* Senex, mundi contemtor et hostis,
 Mundi sprebilli praemia falsa mali.
 Parte viges, felix anima, meliore superles
 Et sentis summi gaudia caeta Dei.

Christophorus Schvver,
 Collega Adjunctus.

7814 367

ULB Halle 3
002 100 495



TA-OL

WMA



178
M
67





MEMORIAE

VIRI OLIM PRAENOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI, DOCTISSIMI,

IS FRIDERICI

ANI,

II CLARISSIMI,

DISSENSIS CONRE-
S EMERITI,

CTOBRIS *cl b c c l x*

IS MERITISQVE GRAVIS

OBISSET,

SSENSIS COLLEGIVM.

DISSAE,

RISTIANI SCHOLTZII.

A.V.

